



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Prima Duo Sæcula Complectens

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 13322648

§. 19. Marcus Aurelius decedit. Commodus Imperator.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

Sæculum II.
A. C. 177.

Symphoriane! si Diis immortalibus servires, & Thesauri publici donum cum honoribus militaribus acciperes, (ita munia publica vocabantur) itaque, si vis, floribus altaria ornari jubebo, ut Diis incensum ipsis debitum offeras. At ex Symphoriani responsis Judici constitit, promissa sua contemni, multo vero magis vana Numina; præterea Martyr crudeles, & insanas cultus Cybeles superstitiones execrabatur; tandem Consularis sententiam pronuntiat, ut gladio percuteretur; ergo extra civitatem ad locum supplicii ducitur, cui Mater ejus de muro prospiciens, clamabat: *Fili mi! mi fili Symphoriane! memento Dei viventis, cor in altum eleva, eumque, qui in Cælis regnat, cogita. Non hodie tibi vitam adimunt, sed ad meliorem assumeris.* Post sententiæ executionem viri timentes Deum corpus Martyris secreto sublatum in quadam cellula prope fontem extra campum publicum terræ mandarunt, Erat is locus exercitiis destinatus.

§. XIX.

Obitus M. Aurelii Imperatoris.

An. 180. Imperator M. Aurelius Philosophus obiit anno Regni sui vigesimo, Jesu Christi centesimo octogesimo. In Pannonia adversus Marcomannos belligerans, in morbum

bum incidit, & omni alimento abstinens Sæculum II.
 non naturæ necessitate, sed sua voluntate A. C. 180.
 mortem oppetiit. Annos vixerat quin-
 quaginta novem, & novemdecim regna-
 verat. Altera die decima octava Apri- Epit. Dion.
 lis filius ejus Commodus in exercitu præ- in Com. p. 83.
 sens, anno ætatis decimo nono Impera-
 tor proclamatur. Fuit Commodus im- Commodus
 pudicitia, & crudelitatis nota infamis; Imper.
 permultos ordinis Senatorii viros occidit. Herod. I.
 Christianos tamen non est persecutus. Epit. Dio.
 Forte quis bene conjiceret, hujus mode- in Com. p. 284
 rationis causam fuisse consortium cum
 Marcia Concubinarum ejus una, quam
 prope eo cultu habebat, quo legitima u-
 xor haberi debet, omnes eidem honores,
 Imperatricibus exhiberi solitos, decre-
 verat, si solum ignem exceperis, qui Cæ-
 saris uxori præferebatur; hæc enim Mar-
 cia optimo in Christianos affectu tene-
 batur.

Eodem anno Commodi Imperatoris
 primo Agrippinus Alexandria Episcopus,
 cum tenuisset hanc sedem annis duode-
 cim, diem supremum obiit, eique succes-
 sit Julianus; alii jam ante duos annos
 mortuum affirmant, nempe M. Aurelii
 decimo octavo. Majori certitudine ha-
 bemus Theophilum Episcopum Antioche-
 num non prius, quam sub Imperatore
 Commodus hoc anno centesimo octogesi-
 mo obiisse, cum de morte M. Aurelii
 mentio-

Sæculum II. mentionem faciat in Tractatu suo ad Au-
 A. C. 180. tolycum, quem hodierna adhuc die ha-
 bemus.

§. XX.

Tractatus Theophili ad Autolyicum.

Autolyicus erat vir Paganus magno ingenio, & sciendi percupidus; animo adversus Religionem Christianam præoccupato eam sicut alii, Doctrinam esse insolentem, & rationi repugnantem putabat. Huic opposuit Theophilus suum Tractatum, quem in tres libros divisit.

Poss. Justin. edit. 1615. In primo ad quæstionem, sibi ab Autolyico propositam de vero Deo, in hunc modum loquitur: *Si dicas, ostende mihi Deum tuum, etiam ego dicam, ostende mihi, quod sis homo, demonstra mihi, quod oculis animæ videas, & quod auribus mentis tuæ audias; oculi corporis non nisi terrestria, & sensibilia vident. Cæci non vident lumen solis, quis ideo fulgere solem neget? itaque oculi animæ tuæ peccatis tuis obfuscantur; est anima tua speculum maculatum. Ostende te talem, qualis es. An non es adulter, nec luxuriosus, nec fur, nec raptor, nec obtrektor, nec iracundus, nec ambitiosus, nec avarus? parentibus inobediens, aut liberorum tuorum venditor? talibus Deus se non manifestat, nisi prius mudentur.*

Dices